mus: ſed noſtre nobis voluntates demo
nes facti ſunt: ⁊ tribulant nos. ¶ Unde
apoſtolus. caro concupiſcit aduerſus ſpiri
tum. ſpiritus autem aduerſus carnem. vt
non quecunqꝫ vultis illa faciatis. Nã vis
ſcire cum quibus demones pugnauerunt
cum abbate moyſe ⁊ ſimilibus eius: nos
autem voluntates cordis noſtri impugnãt
Quidaꝫ frater requiſiuit abbateꝫ achillē.
Quemadmodū aduerſum nos poſſunt de
mones? Reſpondit ſenex. Per volunta/
tes noſtras. Et adiecit dicēs. Ligna libani
dixerunt. ¶ Nos grandia ſumus ⁊ alta: ⁊
paruiſſimo ferramento incidimur. ¶ Nihil
ergo ei demus ex nobis: ⁊ nos non poterit
incidere. Venerunt ergo homines ⁊ fece/
runt in ſecuri manubrium ex ipſis lignis: ⁊
ita inciderunt. Ligna ergo ſunt anime: ſe/
curis diabolus: manubriū volūtas nr̃a ē.
Per malas ergo volūtates nr̃as īcidimur
¶ Qualit̃ hō ī ſe mortificare vicia poteſt.

Quidaꝫ frater reqſiuit abba/
tē moyſē dicēs. Quō
poteſt ſe hō mortificare? Dixit ei
ſenex. Niſi quis arbitratus fuerit ſe habe/
re iam trienniuꝫ in ſepulchro. ad hunc ſer/
monem peruenire nō poteſt. Abbas pime
nius dixit. Jlle mōachus poteſt tanꝙꝫ mor
tuus huic ſeculo eſſe. qui duas res horrue
rit: ideſt carnis ſue requiem ⁊ vanam glo/
riam. Senex quidam dixit. Tunc erit mo
nachus liber ab omnibus. cum in vno ope
re tantum intentus eſt bono. Quando eñi
bona opera exercet: veniens diabolus. lo
cum non inuenit ⁊ diſcedit. Si autem ma/
lum opus exercet: veniens frequenter. ⁊ ī
pugnat eum. ⁊ in deteriora ſubuertit. Be
atus antonius monebat diſcipulum ſuum
dicens. Horre ventrem tuum ⁊ neceſſita
tes huius ſeculi. ⁊ concupiſcentiam malaꝫ
et honoreꝫ tanꝙꝫ abſens de hoc ſeculo. ⁊ re
quiem poſſidebis. ¶ De perſeuerantia.

Abbas antonius di
xit Monachus ſi paucis diebus
laborat. ⁊ iterum relaxatur: ⁊ rurſus labo
rat ⁊ inde negligit. hic nihil agit. nec patiē
tie perſeuerantiaꝫ poſſidebit. Dixit ſenex
Quid eſt opus incipere artificium: ſi non
diſcat perficere illud. Nihil eſt ergo. qꝺ in
cipitur ⁊ nō perficitur. ¶ De labore ſãctoꝝ

Quidam ſenex dixit.
Vſqꝫ tūc laboret hō: vſqꝫquo poſ
ſideat xpꝫ. Qui aūt ſemel illū adeptꝰ fue/
rit iaꝫ nō periclitatur. Permittitur tamen

laborare. vt remomeras tribulationem laboris. vndique ſemetipſum cuſtodiat: timens ne tantos labores amittat. Nam et filios iſrahel ideo deus per deſertum quadraginta annis circumduxit. vt rememorantes vie tribulatorum nollent redire retrorſum. Quidam frater requiſiuit ſenem. Quemadmodum laborant poſtulantes de remiſſione peccatorum Reſpondit ſenex. Antequam perueniat in eos gratia que operetur: pro labore ipſorum. ipſi pallidi et in labore ſunt. ſuper quos vero ex priori patientia iam gratia chriſti peruenit: iſti florent et exultant anime eorum. et facies eorum clara eſt ſicut ſol. cum nubes non habet et lucet. Quando vero ſol nube cooperitur. palleſcit: ſic et anima quando paſſiones eam et temptationes obſcurant. Que autem per gratiam dei mundata eſt: ita fulget ſicut ſcriptum est. Magna est gloria eius in ſalutari tuo. Item dixit. Quis laborent hic ſancti viri. tamen et aliquam requiem poſſident quoniam liberi ſunt a cogitationibus huius mundi. Quidam frater requiſiuit a ſene dicens. Quemadmodum nunc laborantes in conuerſationibus viri. non accipiunt gratiam ſicut antiqui Ait enim ſenex. Tunc erat caritas. et vnuſquiſque proximum ſuum ſurſum trahebat: nunc vero poſtquam caritas refriguit. ſinguli proximos ſuos in inferiora deducunt. et ideo gratiam dei non merentur. ¶ De exhortatione doctrine.

INterrogati cuidam abbatem pimenionem de duritia cordis. rndit ſenex dicens: natura aque mollis est. et lapidis dura. Si autem frequenter aqua ſtillat ſuper lapidem: ſtillando perforat illum. Sic et verbum dei dulce et molle est. noſtrum autem cor durum. homo ergo audiens frequenter aut meditans verbum dei: dat locum timori dei ingredi in eum. ¶ De curioſitate vitanda.

SEnex quidam dixit. Non oportet monachum requirere aliter ſit ille aut quemadmodum ille: quia per interrogationem abſtrahitur ab oratione in detractationes et verboſitates. Unde nihil est melius quam tacere. Frater quidam requiſiuit a ſene dicens. Si venerit frater aliquis. ſermones mihi deforis inferens alienos: iubes vt dicam illi. quatenus mihi illos non afferat. Ait ſenex. Nihil dicas: quia nec nos potuimus obſeruare. Cauendum eſt ergo. ne forte dicentes proximo. hoc ne facias: nos idem vel peiora poſtea faciamus Cui frater: Quid ergo oportet facere. Et ſenex. Si voluerimus inquit tacere: exemplum ſolum ſufficit proximo: ¶ De contentione vitanda

QUidam ſenex dixit Si quis tecum aut de ſcripturis aut de quacumque causa locutus fuerit. ne contendas cum eo: ſed ſiquidem bene dicit: conſenti ei. Si vero male. dic illi. Tu ſcis quomodo loquaris. Ait apoſtolus: Noli contendere verbis. Hec obſeruans et humilitatem poſſidebis: et odium vitabis. Nam ſi perſiſtas contendens. et vis defendere ſermonem tuum: naſcitur inde ſcandalum: Frequenter ergo dum laudas alterum fit etiam ex iuſtificatione contentio. De quacumque autem re ſi grauiter contenderis: non paruam noxietatem ſenties: et nullo modo requiem poſſidebis. Magis ſtude ſilentium: et de nullo eſſe ſollicitus. Attende meditationi tue: cum timore dei exurgens tam mane quam veſpere: et impetum inimicorum non timebis. ¶ De ſiletio

BEatus antonius diſcipulo ſuo ſolebat dicere. Si affectaueris ſilentium: ne arbitreris te exercere virtutem ſed indignum te proloqui confitere. cum quidam frater abbati ſyſoi dixiſſet: volo animam meam ſaluare: reſpondit. Qua ratione poſſumus animam noſtram ſaluare: cum lingua noſtra aperto oſtio ſepe proſiliatur. Quidam frater interrogauit ſenem dicens. Uſquequo ſeruandum eſt ſilentium pater: Reſpondit ſenex. Uſquequo interrogeris. In omni enim loco ſi taciturnus fueris. requiem poſſidebis. Dixit ſenex. Peregrinatio est tacere. Dixit quidam ſenex. Peregrinatio que propter deum fit: bona eſt: ſi habuerit et ſilentium: nam fiducia non eſt iam peregrinatio. Abbas arſenius ſolebat dicere. Peregrinus monachus in aliena terra nullius cauſe mediator accedat: et quietem poterit adipiſci

Abbas ampo dicebat. Sicut apis quocū『 va/
dit mel opatur ita ꝛ mōachꝰ quocūqꝫ pgit ſi
pp opꝰ dī prexerit: dulcedinē bonoꝝ actuū
pōt afferre. ¶ De fugiēdo clericatꝰ honorē

Abbas theodorꝰ dū
eēt in ſcithi diaconꝰ ordinatꝰ nul/
latenꝰ pmanere acqeſcebat: ſed multis lo
cis fugiebat. Et iteꝝ ſenes reducebāt euꝫ
dicētes. Ne derelinqs locū tuū. Quibꝰ il
le ait. Permittite me deprecari deū. ſi me
iubet miſtrare loco meo. Et orauit ſic. do/
mine. ſi volūtas tua ē. vt ī ordinatiōe mea
pſiſtā: oſtēde mihi. Et oſtēſa eſt illi colūna
ignea a terra vſ『 ad celū ptigēs: ꝛ vox ad
eū. Theodore ſi potes fieri ſicut columna
iſta. vade ꝛ miniſtra. Sufficit quod leuitis
ꝛ ſacerdotibꝰ p moyſen dictū eſt. vt mūdo
corde ꝛ corpore. inoxiis manibus ꝛ veſti
mēto mūdiſſimo: pro filiis iſrabel offerrēt
ſacrificia. Quod ille audiēs vltra nullate
nus acqeuit. Sed cū veniſſet ī eccleſiā de
precabātur eū: vt ſi nō miniſtraret vel ca/
licē teneret. Qui nō acqeuit dicēs. Si mi
hi de hac re āplius verbū feceritis diſcedo
hinc: ꝛ ſic eū dimiſerūt. Abbas yſaac audi
ens qꝛ pſbyteꝝ eū patres volebāt facere ī
ſcithi: fugit ī egyptū. Et igreſſus ī agrū la/
tuit inṫ herbas. Contigit autē vt patres q
ſeqbant̄ eū. ī eodē agro requieſcerēt: quia
iā nox erat. ꝛ dimiſerūt aſinū vt paſceret
Ille aūt puenit paſcendo ad locū. vbi late
bat abbas yſaac. Et mane facto querētes
aſinū. iuenerūt ꝛ ſenē: ꝛ mirati ſūt. Cū aūt
vellent eum ligare: dicit eis. Iam non fu/
gio quia ſcio ex iuſſione dī eſſe: ꝛ quocū『
fugero ad hoc peruenturus ſum. Abbas
motoys venit aliquando de loco q vocat̄
ragita. in partibus gebilonis. Erat auteꝫ
cum eo etiam diſcipulus eius. Vidēs au/
tem illum epiſcopus loci illius. tenens eū
inuitum preſbiterū fecit: Et dum pariter
comederent: dicit ei epiſcopus. Indulge
mihi abba. Scio enim qꝛ hunc honorem
nolebas: ſed ego a te benedici deſiderans
hoc facere preſumpſi. cui ſenex pro humi/
litate ait. Et mea cogitatio paruꝫ volebat
ſed ī hoc laboro. qꝛ diuidi habeo a fratre
qui mecum eſt: ꝛ ſolus non ſufficio oratio
nes meas implere. Dixiteꝫ ei epiſcopus.
Si ſcis eum dignum. ordinabo ꝛ ego illū
Reſpondit abbas motoys. Si quidem di
gnus ſit: neſcio. vnum tamen ſcio. qꝛ meli
or eſt me. Ordinauit autem ꝛ illum. Vter
『 tamen ita permanſerunt vſ『 ad finem
ſuum. vt ad altare quantum ad oblationē
ſacrandam: nun『 accederent. Unde di/
cebat ſenex. Confido in deū meū. qa non
habeo grande iudicium propter ordina/
tionem hanc: quia oblationem offerre nō
preſumpſi. nam ordinatio illorum eſt. qui
ſine culpa ſunt iuſti ꝛ immaculati. ego au
tem me bene cognoſco. ¶ De here/
mo ꝛ quare fugierunt in ſolitudinem.

Abbas Arſenius ab
abbate marco requiſitus eſt aliqñ
cur fugeret hoīes. At ille reſpōdit. Scit dōs
quia diligo hoīes: ſed cū deo pariter ꝛ ho/
minibus eſſe nō poſſuꝫ. Superne eniꝫ mul
titudines ac virtutes vnius ſunt volūta/
tis: homines vero ꝛ multas habēt volūta/
tes ꝛ varias: ꝛ ob hoc deū relinquere: ꝛ cuꝫ
hominibus eſſe nō poſſuꝫ. Quidā fratres
dū linū ex thebaida pergerēt cōparare: di
xerūt. per occaſionē beatū arſeniū videa/
mus: Quod cum daniel diſcipulus eius ei
nūciaſſet: precepit vt pro qua cauſa illic ad
ueniſſent de alexādria. ab eis īquireret. cū
ergo nūciaſſet『 propter linum pergerent
cōparādū. reſpōdit arſenius. Ergo faciem
meam non videbunt: quia non propter me
ſed propter ſuum opus aduenerunt. Vade
itaqꝫ ꝛ ſuſceptis eis fac obſequium: ac di/
mitte eos dicens. Quia ſenex nō poteſt vo
bis occurrere. Abbas biſarion duꝫ deam
bularet cum diſcipulo ſuo per heremū. ve
nerunt ad quādam ſpeluncam. Et ingreſſi
ibi inuenerunt fratrem ſedentem ꝛ funicu
lum operantem. qui neqꝫ reſpexit in eos
neqꝫ ſalutauit eos: neqꝫ aliud locutus eſt
eis. Dixit ergo abbas biſarion ad diſcipu
lum ſuum. Eamus hinc: quia non vult hic
ſenex loqui nobiſcum. Et profecti ſunt ad

ioānez abbatem. Cuz autem reuerteren-
tur. venerunt ad eandem ſpeluncam: ⁊ di
xit abbas biſarion: Ingrediamur iterū ad
hūc fratrez: ſi forte vel modo perſuadeat
illi deus vt loquatur nobiſcuz. Et cum in-
greſſi fuiſſent. inuenerunt euz mortuū. Et
dixit diſcipulo ſuo. Ueni frater compona
mus illuz. quia propter euz deus huc tran
ſmiſit nos. Cuz autez ſepelirent eū. inuene
runt quia mulier eſſet: ⁊ admirati ſunt ⁊ di
xerunt. Quia magna miſericordia domi-
ni eſt: qꝛ ⁊ mulieres colluctātur ⁊ vincunt
demonia. Et glorificantes deū qui ē pro
tector omniū: ad ꝓpria redierūt. narrātes
ꝗ viderāt. Que ſit obſeruātia heremite

Abbas moyſes ad
ſolitarios ſolebat proferre ſermo
nez. dicens. quatuor ſunt principalia obſ-
uātie. id eſt tacendi. ſeruādi mandata dei
humiliandi ſemetipſuz. ⁊ anguſtia pauper
tatis. Tres autem has virtutes homo dif
ficile poſſidet. vt ſemper lugeat ⁊ ſemper
ſuorum memor ſit peccatorum: ⁊ omni ho
ra ponat ſibi pre oculis mortem. Beatus
antonius ſolebat dicere. Patres antiqui
egreſſi ſunt in deſertuz. ⁊ ipſi ſani effecti fa
cti ſunt medici ⁊ reuerſi alios ſanauerunt:
ex nobis autez ſi quez egredi contigerit in
deſertuz. anteq̄ȝ ipſi ſanemur. curam alijs
adhibemus: ⁊ reuertitur ad nos infirmi-
tas noſtra: ⁊ fiunt vltima noſtra peiora pri
oribus. propter quod dicitur nobis. O
medice prius tibi curam impende. Qui
ſint ſimiles vnius meriti fratres.

Quidaz frater inter
rogauit pimenionez abbatem: di
cens. qui ſint vnius meriti fratres? Re-
ſpondit ſenex. Si fuerint tres ſimul: vnus
quidez in omni verbo vel opere quieſcēs
alter autē infirmās ⁊ gratias agens. terti⁹
vero cū mūda conſcientia illis obſequiuz
faciens: hi tres vnius meriti ſunt. Dixit ſe-
nex. Iniuriare aut mentiri aut periurare
alienuz a chriſto eſt. Per has quatuor res
anima maculatur. id eſt ſi amicitiā quis cū
potentibus habuerit. cōcupiſcētias carna
les ſtudens vel ſi de proximo ſuo detracta
uerit: aut ſi per ciuitatem āmbulans oculos
ſuos non cuſtodierit: ⁊ ſi quācunque noti
ciaz cuz muliere habuerit. Beatus arſeni
us referebat qđ cuz in propria cella reſide
ret. vocez ſibi audiret dicentez vt egrede-
retur foras: propter opera manuū contē-
planda. Et egreſſus vidit hoīem quendaz
aquaz de puteo haurientem atque in vas
perforatuz mittentez: ⁊ aqua egrediens re
fundebatur in puteuz. Et iteruz paruz pro
greſſus. vidit ethiopez ex lignis a ſe conci
ſis ſarcinaz facientez. quaz cuz tēptaſſet:
⁊ īportabilez ſenſiſſet: alia iteruz ligna ſu-
per ea congeſſit. Similiterque tēptans cū
nec mouere potuiſſet. tamen alia addere
ligna non deſtitit. Et iteruz progreſſus ar
ſenius vidit ante portaz ciuitatis duos iu
uenes ſedentes in equis. qui lignuz tranſ
uerſuz portantes. ingredi non poterant ci
uitatez. Lignuz eniz qđ ab eis portabatur
non eos permittebat intrare ⁊ ſeq vel hu-
miliare alteri alter non valebat: ⁊ ita foris
ciuitatez vterque remanſerunt. Ille vero
qui hoc ſancto arſenio in ſpiritu oſtende-
bat: dixit ei. Hunc quez prius vidiſti aquā
de puteo haurire. ⁊ de vaſe perforato rur
ſuz in puteum fundere. ſimilitudo eſt hoīs
faciētis elemoſynaz qui bonuz opus imi-
tatur efficere: ſed quia in alijs operibus ſe
pe cōmittit iniquitatez propter hec mala
illud paruz boni ſe coinquinans: perdit. Il
luz autez quez vidiſti ligna ꝯcidere. ⁊ gra
uē ſarcinā addidiſſe: facereqȝ grauiorē hō
eſt ī peccatis plurimis cōſtitut⁹ ꝗ poſt peni
tētiā aliud ſuꝑ peccatis ſuis onus augmē
tat. Hos vero quos trāſuerſo ligno renitē
te ciuitatē n̄ poſſe īgredi ꝯſpexiſti: iſti ſūt ꝗ
iugū miſerabile vident̄ ferre ſuperbiā. ⁊ al
ter alteri ſe hūiliare noluerūt vt ꝑ hoc emē
dati viaz chriſti humilē ſequerētur: atque
ideo extra regnū dei taz hi q̄ȝ illi remanſe
runt. Interrogauit frater abbatez ſyſoiuz
dicens. Dimiſſa ē mihi hereditas a parēti
bus meis: quid faciaz de illa? Reſpōdit ſe
nex. Si dixero da illā ī eccleſiā clericis illi

epulantur ex ipſa. Si dixero da illā ꝯſāgui
neis tuis nullā habebis mercedez. Si er/
go vis īplere mādatū diuinū. da hāc pau/
perib' ꝛ egenis: ꝛ ꝑfect' eris. ¶ Tēporalis
ꝑfect' ꝺliquēdus ē ꝓpt amorē caritatis

Abbas ſyſoius dixit
Cū fuiſſē aliqñ ī mercato: ꝛ ſpor/
tellas meas fratri vēderē vidēs ꝗ iracū
dia approxīabat mihi: dimiſi vaſcula mea
fugiens. Dixit abbas ioānes. Aſcēderā ali
quādo ꝑ viā heremi ī ſcithi. texēs plectā. ꝛ
audiui camelariū loquētē ẜmones varios
ꝛ ne forte iraſcerer. dimiſi plectā meā ꝛ fu
gi. Interrogauit frater abbatē pimeniuz
dicens. Quid ē qꝺ dñs dixit: maiorē cari
tatē nemo habet ꝙ̄ vt aīam ſuā ponat ꝗs
ꝓ amicis ſuis. quomō hoc facit? rñdit ſe/
nex. Siqs audit ꝟbū maluz a ꝓximo ſuo. ꝛ
dū poſſit ſimilia rñdere. pugnat tñ in cor
de ſuo portare laborē. ꝛ . im ſibi facit ne
rñdeat malū. vt ꝯtriſtet illū. iſte talis aīaz
ſuā ponit ꝓ amico ſuo. Abbas macharius
dixit. Si reminiſcimur maloꝝ que ab hōi
bus patimur. ꝑdim' memorie ꝟtutē. Itē
dixit. Si aūt recolim' maloꝝ q̄ nobis a ꝺ/
monib' mittunt. ſine ꝑturbatōe erim' ſciē
tes ꝙ ab initio bona deus creauit. diabo
lus ꝟo mala ſupſeminauit. En ſūt ꝑditōes
īnumere. Et addidit dicens. culpa eſt mo/
nachi. ſi leſus a frīb' prim' ī caritate purga
to corde nō occurrit. Nā ſunamitis nō me
ruiſſet: recipere helyſeuz prophetaz in do
mū ſuaz: niſi quia cū nullo alio habuit cau
ſā. Sunamitis enim in perſona eſt anime.
Heliſeus vero in perſona ſpirit' ſancti fi/
gurata. quia niſi pura ſit anima. non me/
retur ſuſcipere ſpirituz dei. Ita ira inuete/
rata excecat oculos cordis. ꝛ animam ex/
cludit ab oratione. ¶ Quid lamētatio vel
paupertas que fit propter deuz operetur.

Sanctum antonium
requiſiuit frater dicens. Quid fa
ciā ꝓ peccatis meis? Reſpōdit. Qui vult
liberari a peccatis. fletu ꝛ planctu libera/
bitur ab eis. ꝛ qui vult edificari in virtuti
bus per fletum lachrymarum edificatur.
Ipſa laudatio pſalmorū planctus eſt. Me
mento exemplum ezechie regis iude. ſicut
ſcriptum eſt per eſaiam prophetā: qui flen
do non ſolū ſanitatez recepit: ſed etiaz per
xv. annos augmentū vite promeruit. ꝛ ſu
peruenientem hoſtis exercitum. videlicet
centum ꝛ octogintaquinqꝫ milia. per la/
chrymaruz eius rigationem: virtus dñi in
mortez proſtrauit. Sanctus petrus apoſto
lus flendo recepit: qꝺ in chriſtuz negando
cōmiſerat. Maria cum lachrymis rigauit
pedes dñi meruit audire optimaz partem
elegiſſe. Ipſe timor ſanctus permanens ī
ſeculum ſeculi. Beatus macharius dixit.
In veritate ſi facta eſt mōacho deſpectio
quaſi laus paupertas ſicut diuitie: inopia
ſicut epiſtole: nunꝙ̄ moritur. Impoſſibile
eſt bene credentem et pie colentem deum
cadere in paſſionem immundam et in er/
rorem demonum. ¶ In hac vita homo re
quiem inuenire non poteſt.

Abbatem ſyſoiuz re
quiſiuit frater. Poſt quantum tempus de
bet homo a ſe abſcidere paſſiones? Reſpō
dit. Scriptum eſt in euangelio: quia pecca
tores deus non audit: ſed qui cultor dei eſt
et voluntatem facit. Ideo cum venerit im
pugnatio: abſcide illam: quia fragilis eſt
anima. Ante armetur ꝙ̄ a peccatis in/
quinetur. Abbatem pimenium interroga
uit frater. Quid faciam: quia conturbant
me cogitationes ſedentem in cella? Re/
ſpondit. Neminem deſpicias: nullum di/
iudices: de nullo male loquaris: ꝛ deus da
bit tibi requiem: et ſtatuet ſeſſionē tuam ſi
ne conturbatione. Cuſtodiam enim ſenio
rum et quietem ipſorum conſidera. Me/
ditare in diuinis officiis: et ſcias horas ca/
nonicas die ac nocte. Timor domini non
diſcedat a corde tuo: et non glorieris: ne/
que te eſtimes cum iuſtis: et ex omni vir
tute tua cuſtodi: vt nō facias ꝓpriā volūta
tē idē dixit. Sicut ad ſuccēſā ollā muſce nō

appꝛopinquāt.ſi vero tepida fuerit īſidūt
in eaꝫ.⁊ faciunt vermes:ita ⁊ monachum
ſuccēſuꝫ igne diuini ſpiritꝰ demōes fugiūt
tepidū ꝓo illudūt ⁊ īſequūt. Un̄ vitia oꝛiūt

## SAnctum antoniuꝫ

requiſiuit frater. Quomodo deus
repꝛomittit bona aīe ꝑ aſſiduitatē ſcriptu-
raꝝ.⁊ nō vult anima in bonis permanere
ſed declinat ad tranſitoꝛia caduca ⁊ īmun
da:' Reſpondit. Ad hoc iungitur quod pſal
miſta ait. Iniquitatē ſi cōſpexi ī coꝛde meo
nō exaudiet deus. Ignoꝛas ꝙ cū venter
plenus fuerit eſca.ſtatī ebuliunt magna vi
tia:que ſaluatoꝛ noſter per euāgeliū pꝛedi
xit. Non coinquinat quod in os intrat ani-
mā hominis:ſed de coꝛde exeunt que in ī-
teritū demergunt homineꝫ. Uide quid di-
xerit pꝛimū. Cogitatiōes male.homicidia.
adulteria.foꝛnicatiōes.furta.falſa teſtimo
nia.⁊ blaſphemie. Quia nec dum guſtauit
dulcedinē celeſtiū.vt ex toto coꝛde exqui
rat deū.ideo ad īmūda reuertit. Quis po-
terit recte dicere.vt iumētū factꝰ ſū apd te
⁊ ego ſēꝑ tecū. Qualit̄ ỽtutes obtīere optꝫ

## QUendam ſenem re

quiſiuit frater dicēs. Doce me pa
ter. Et dixit ei.vade ama tibi īpē vī facere
Euagina gladiū tuū.⁊ exi ī bellū. Dixit ei
frater. Nō me ꝑmittūt cogitatiōes. Re-
ſpōdit ſenex. Scriptū eſt. Inuoca me ī die
tribulatiōis tue:eripiā te ⁊ gloꝛificabis me
Inuoca ẽ deum ⁊ eripiet te. Perrexerunt
duo fratres ad vnū ſenē ſāctū ī ſcithi ſedē
teꝫ ſingularē:dixitq̧ vnus ex illis. Abba
oē vetꝰ ⁊ nouū teſtamētū mēoꝛiter didici
Dicit ei ſenex. Impleſti aerē verbis. Et al
ter dixit. Ego vetꝰ ⁊ nouū teſtamētū totū
ſcripſi.⁊ penes me habeo. Et huic reſpōdit
⁊ tu īpleſti feneſtras tuas cartis. An igno
ratis ꝗ dixit. Regnū dī nō ē ī ſmone:ſꝫ in
virtute. Et iterꝝ. Non auditoꝛes legis iuſti
ſūt apud deū:ſꝫ factoꝛes legis iuſtificabūt
Ingrebāt ẽ ab eo viā ſalutis. Ille aūt dixit
eis. Initiū ſapīe timoꝛ dn̄i:⁊ hūilitas cū pa
tia. Omnibꝰ his īſertis vl̄ his ꝯtētibꝰ pau
ca ſufficiūt.

Quō ī cenobijs viuēdū ſit

## CUm quidam adole

ſcēs frater abbatē agathonē reg
reret dicēs.volo ꝑmanere cū fratribꝰ.dic
mihi quō habitē cū ipſis:' Rn̄dit ei ſenex.
Obſerua ꝑ oibꝰ hoc vt q̄lis pꝛīo die īgre
dieris:apud ipſos talis reliquū ꝑagas tē-
pꝰ.⁊ cū gete adıͤplebis ꝑegrinationē tuaꝫ.
cuſtodi enī ne qn̄ fiduciā loquēdi aſſumaſ
dicēte apoſtolo. Nemo militās xp̄o īplicat
ſe negociis ſecularibꝰ. Itē dixit agathon.
Si hitas cū ꝓximo.eſto ſicut colūna lapi-
dea:ꝗ ſi īiuriat nō iraſcit:ſi gloꝛificat:nō ex
tollit. Abbas pimeniꝰ ad abbatē neſtrionē
ſedētē ī cenobio reqſiuit dicēs. Unde ade
ptꝰ es hāc virtutē frater.vt quotienſcūq̧
tribulatio ꝯtīgit ī cenobio neq̧ loq̄ris neq̧
mediatoꝛ accedas:' Et cū nollet dicere.po
ſtea ꝯpulſus a ſene dixit. Indulge mihi ab
ba.qꝛ ī pꝛīcipio qn̄ īgreſſus ſū.dixi cogita-
tiōi mee. Ecce tu ⁊ hic aſinus eſtis. Sicut
enī hic aſinꝰ vapulat ⁊ nō loqtur.iniuriat
⁊ nihil rn̄det:ita ergo eſto ⁊ tu.nā ſic dicit ⁊
pſalmus. Ut iumētū factus ſuꝫ apud te:⁊
ego ſemꝑ tecū.cuꝫ aliquādo gens mazico
ruꝫ in ſcithi ſuꝑueniēs.multos ex patribus
occidiſſet abbas pimenius vna cū alio pa
tre ſenioꝛe nomine anub:⁊ cuꝫ aliis quinq̧
patribus fugigens inde venit ad locū qui
dicitur theꝛemithi:⁊ inuenerunt ibi tem-
plum antiquum deſertum.⁊ manſerunt in
eo hi ſeptem pariter.donec cognoſcerent
vbi vnuſquiſque in egypto manſurus eēt
decreuerunt autem inter ſe dicentes. Se-
ptimana hac vnuſquiſqꝫ requieſcat apud
ſe ⁊ alter ad alterum non loquatur.cuꝫ au
teꝫ id facerent.erat in templo illo ſtatua cu
iuſdam idoli. Abbas ergo anub exurgens
mane lapidabat eam in facie:⁊ veſpere ve
niens dicebat ad eaꝫ.peccaui:indulge mi
hi.⁊ ſic fecit per totam hebdomadā.die au
tem ſabbati cum veniſſent pariter:dixit ei
abbas pimenius. Quid voluiſti hoc tota
hebdomada facere:vt homo fidelis dice-
res idolo indulge mihi.dixit ei ſenex anub
Hoc ego pꝛopter vos feci.dicite mihi.nū-

ꝗd qn̄ hoc idolū lapidabā. locutū ē aut ira
tum. aut quando indulgentiam petebant:
nunqd exaltauit ſe aut gloꝛiatū ē? Cui ab
bas pimenius rn̄dit. Nō vtiqꝫ. Tūc dixit
ſenex. fratres ecce ſeptē ſum⁹ ſi vultis er/
go pariter manere: vt lucꝝ aīe faciamus
ſit ydolū nobis iſtud ī exēplū. ne qn̄ īiuria
tus aliqs iraſcatur. ne qn̄ ab eo venia peti
tur gloꝛiet̄ aut extollat̄. Si autē ita nō vul
tis: vnuſqſqꝫ vadat quo vult. At illi ꝓijci/
entes ſe ī terrā ſpopōderūt ſe ita facturos
⁊ ſic permanſerunt ꝑ multos annos cum
magna hūilitate ⁊ abſtinētia. vnū ex ipſis
facientes diſpēſatoꝛē. Et erat eis ꝑfectio
⁊ vnū deſideriū. ⁊ qcqd poſitū eēt in men
ſa reficiebant̄. nullo dicente . aufer nobis
illud. aut iſtud nolo comedere. Quattuoꝛ
ſiqdē hoꝛas doꝛmiebāt in nocte. ⁊ quatu/
oꝛ pſallebāt. ⁊ quattuoꝛ opabātur. In die
vero per interualla hoꝛaꝝ officijs diuinis
inſiſtebāt. opantes ⁊ legentes: ⁊ fundētes
folia palmaꝝ. vſqꝫ ad hoꝛā nonam. Poſt
hoc vero victum ſibi ꝑparabant. colligen
tes quaſdā herbas terre.

¶ Que ſit obſuātia ſpiritualis diſcipline.

Quidaꝫ frater reqſiuit ſanctū Serapiōeꝫ
abbatē habentē ſub regimīe ſuo
decē milia mōachoꝝ dicens. Alij fratres
de cenobio elegerunt me. vt ego illis ꝑci/
piā. ōn̄de mihi qūo iubes? Rn̄dit ſerapiō.
Durum ē meū foꝛtaſſe īperiū. Nā dn̄s nr̄
ieſus xp̄s per euangeliū ſuū inſtruit dicēs
Si diligitis me: mandata mea ſeruate. Et
cū diſcipuli de pꝛimatu inter ſe diſcepta/
rent. quiſ eēt ſenioꝛ. ait ad eos. Si quis vo
luerit inter vos maioꝛ fieri. erit veſter mi
niſter. ⁊ quicūqꝫ voluerit in vobis pꝛioꝛ eſ
ſe: erit oīuꝫ ſeruus. Petr⁹ apl's in ep̄la ſua
monet paſtoꝛes. Paſcite qui ī vobiſ ē gre
gē dei nec expulſione ſed voluntarie ſecū
dū deū. nec in turpe lucꝝ: ſed foꝛma eſto/
te gregis. vt cū apparuerit ꝑnceps paſto/
rū. ꝑcipietis īmarceſcibilē gloꝛie coꝛonam
Ita facito pꝛi⁹ qd̄ ꝑcipis. vt nō tantum il/
lis ꝑcepta: ſeu foꝛmulaꝫ ꝑbeas: vt tua īmi
tentur exempla. Ne ſis mercenarius. ſꝫ
paſtoꝛ ouium. quia ſaluatoꝛ noſter beatū
dixit. quem conſtituit ſuper familiam ſuā
vt det illis cibum in tempoꝛe. Interroga/
uit abbas moyſes abbatē Siluanum di/
cens. Poteſt homo per ſingulos dies ap
pꝛehendere conuerſationis initium? Re/
ſpondit. opoꝛtet enim appꝛehendere vnū/
quēqꝫ aliud ex omnibus. Surgēs mane
ſumat initiū ſapientie: in omni virtute. et
in omni mandato dei in magna patien/
tia ⁊ longanimitate ⁊ charitate dei. cū hu/
militate anime ⁊ coꝛpoꝛis in multa ſuſten
tatione ⁊ cōmoꝛatione celle. in oꝛatione ⁊
depꝛecatione cū gemitu. cū puritate coꝛ/
dis ⁊ oculoꝛuꝫ ⁊ cuſtodia lingue ac ſermo
num in abꝛenunciatione rerum materiali
um. deſiderioꝛum carnis cruciationē ha/
bentes in certamine. in continētia ſpirita
li et agone pugne. in penitentia et luctu in
ſimplicitate anime et taciturnitate in ieiu
nijs et vigilijs nocturnis . in opatione ma
nuum ſecūdum ꝙ dicit apl's paulus. ope/
rantes manibus veſtris. in fame et ſiti. in
frigoꝛe et nuditate. ī laboꝛib⁹ et anguſtijs
et perſecutiōib⁹ in foueis et ſpelūcis ⁊ ca
uernis. eſto factoꝛ verbi et non auditoꝛ tā
tum operās talentū in duplum. habēs ve
ſtē nuptialē: firmatus ſupꝛa firmā petraꝫ
Elemoſina et fides non te derelinquant
Cogitās eſto omni die mortem vicinaꝫ eſ
ſe: et quaſi iam clauſus in monumento ni
hil d̄ hoc ſeculo cures qa ſollicitudo ſeculi
et cupiditas diuitiarum. ¶ Hec ſunt ſpine
quas dominus cauere dixit in euangelio
q̄ bonum ſemen ſuffocāt. Inedia eſcarum
humilitas et luctus non recedant a te. qꝛ
dominus diſſipat oſſa hominum ſibi pla/
centium. Timoꝛ omni hoꝛa permaneat ī
te ſicut ſcriptum eſt. pꝛopter timoꝛem tuū
domine in vtero concepimus ⁊ doluimuſ
⁊ peperim⁹ ſpiritū ſalutis. Hec ergo et ſi
qua alia virtus eſt ī his pꝛoſpice. et ne te
menſures cum magnis aut iuſtum te eſti/
mes. ſed te crede inferioꝛē eſſe totius crea
ture: ideſt vilioꝛem quouis homine pec/
catoꝛe Qui ſe exiſtimat aliquid eſſe cum
nihil ſit. ipſe ſe ſeducit. Nō diiudices pꝛi/

mum neqȝ deſpicias aliena delinquētia:
ſed tu plange peccata. ⁊ de nullius homi
nis actu ſollicitus ſis. Eſto manſuetus ſpi
ritu ⁊ non iracundus. nihil in corde tuo ne
qȝ odium neqȝ contra inimicum aliquid
ſine cauſa habeas: neqȝ deſpicias eum in
tribulatione eius. neqȝ reddas maluȝ pro
malo: ſed eſto pacificus cum omnib⁹ hoc
eſt vinculum perfectionis. Non te credaſ
malum facienti neqȝ congaudeas ei qui
fecit proximo ſuo malum. Non detrahas
alio. quia deus iudex ⁊ teſtis eſt in omni-
bus. Ne oderis aliquem propter pecca-
tum eius quia ſcriptum eſt. Nolite iudi-
care vt non iudicemini. Dum alium argu
is. vide ne peiora cōmittas. nō diſpicias
peccantē: ſed ora pro illo vt deus illi det
conuerſionē ad penitentiam et ſi audie-
ris de aliquo ꝙ agat iniqua reſponde di
cens. Nūquid ego horum ſum iudex. ho
mo ſum peccator mortuus ſub peccatis
meis. Mortuus enim cauſam non habet
curare pro aliquo. Qui hec omnia procu
rat ⁊ cogitat. operarius eſt omnis iuſtitie
Dum de xp̄o redēptore noſtro propheta
denunciet dicens. ego autem ſum vermiſ
⁊ non homo. Et alius propheta abacuc di
cit. Lapis de pariete clamauit et ſcarabe
us de ligno loquitur: nos vero dum in mul-
tis extollimur. in multis ſupplantamur.
Qui vero hec cuſtodit viuit ſub gratia et
virtute domini noſtri ieſu chriſti. De
meditatiōibus duodecim anachoretaꝝ.

ANachorete aliquā
do ſapiētes ſancti ⁊ ſpiritales. xij.
numero congregati: in idipſum expetie-
rūt a ſemetipſis dicere vnūquēqȝ q̄ emē
dauerit in cella ſua. et quam meditationē
meditatus ſit ſpiritaliter. Et dixit primus
qui et ſenior eorum. Ego fratres. ex quo
cepi quieſcere. totum crucifixi meipſum
his que extrinſecus ſunt actionibus remi
niſcens quod ſcriptum eſt. Dirumpamus
vincula eorum: ⁊ proijciamus a nobis iu-
gum ipſorum. Et velut murum faciens in-
ter animam ⁊ corporales act⁹. dixi in mē
te mea. Quemadmodum his qui ītra mu
rum eſt. ſtanteȝ foris non videt: ſic nec tu
velis exteriores actus aſpicere ſed teip̄m
intuere ſuſtinens quottidie ſpem dei. Sic
auteȝ habeto malignas cogitationes aut
malas concupiſcentias: ſicut ſerpentis et
ſcorpionū prolem. Si quando autem eas
in corde meo naſci ſenſero. attēdens illas
cū cominatione ⁊ ira arefacio eas: nec vn
q̄ ceſſo iraſcens corpori ⁊ menti mee. ne
quid paruū faciat. Secundus ait. Ego di
xi. Ex quo renunciaui terre hodie renat⁹
es. hodie cepiſti ſeruire deo. hodie hic ība
bitare cepiſti. ſic eſto quottidie peregrin⁹
⁊ craſtino liberandus. hoc mihi quottidie
conſulebā. Alter dixit ego diluculo aſcen
dam ad deum meum. ⁊ adorans illum. ia-
ctans me in faciem meā: confitēdo culpas
meas. ⁊ ſic dſcendēs adoro angelos dei ro
gans illos ſuplicare deo pro me. ⁊ omnē
creaturā. Et cum iſta adimpleuero. vado
ad abyſſum: ⁊ quid iudei faciunt hieroſo-
ſolimis. euntes conſcidentes ſe et lacrimā
tes ac lugentes caſum patrum ſuoꝝ. Hoc
ergo circuiens et expectās propria mem
bra tormentis ſubdita. et cū plorantibus
ploro. Quartus ait. Ego ſic ſū. ac ſi in mō
te oliuarū ſedens cum domino et diſcipul'
eius. Et dixit mihi. ex quo nullum agno-
ſcas ſecūdū carnē: ſed cum his eſto ſēper
celeſtis conuerſationis imitator ſicut bo-
na Maria ad pedes ieſu ſedens et verba
ei⁹ audiens. Efficimini ſancti ⁊ perfecti ſi
cut et pater veſter q in celis ē. Et diſcite a
me qz mitis ſū et humilis corde. Quit⁹ ait
Ego āgelos aſpicio aſcēdētes et deſcēdē
tes ad vocatiōeȝ aīarū. et ſemper finē me
uȝ operior dicens. Paratū cor meū deus
paratū cor meū. Dixit ſextus. ego p dies
ſinglos ſtatui vba mea audiri a dn̄o putāſ
mihi dici. laborate pp me. ⁊ ego qeſcere fa
ciam vos. Adhuc modicū ē certate ⁊ vide
bitis ſalutare meū ⁊ glīā meā. Si diligitiſ
me. ſi filii mei eſtis ad prēȝ rogātes reuerti
mini. ſi frēs mei eſtiſ erubeſcite p me quē-
admodū pp vos mlta pꝑeſſus ſū. Si oues
mee eſtis dominicā paſſionē ſeqmini. Se

ptimus ait. Ego iſta aſſidue meditoꝛ ꝛ ſine intermiſſione colloquoꝛ mihi fidem. ſpē et caritatem vt ſpe gdez gaudeā. dilectione vero neminē aliqñ contriſtē ꝛ fide corroborē. Octauꝰ ait. Ego volentē diabolū expecto: querētē quē deuoꝛet. et vbicūqꝫ ierit expecto illū interioꝛibus oculis meis ꝛ dominum deum aduerſus illū iterpello vt ſine effectu maneat ꝛ i nullo ꝓualeat. maxime i timētibꝰ deū. Nonꝰ ait. Ego q̊tidie eccleſiaꝫ itellectualiū ꝟtutum expecto dñm glorie. i medio earū video. ſuper oēs ſplēdētē. Qñ aūt abſcedā ab eo aſcendo i celū expectās admirandas pulchritudies angeloꝛuꝫ ꝛ q̊s emittūt hymnos inceſſabiliter deoꝛ dulces eoꝝ cātilenas: diſeroꝛqꝫ ſonis ac vocibꝰ ꝛ ſuauitate. vt libeat remiſci qđ ſcriptū ē. Celi enarrāt gloriā dei. ꝛ opa manuū eiꝰ ānūciat firmamētū. et oia q̄ ſuper terram ſūt. vt ſicut cinerem ꝛ ſtercoꝛa opinoꝛ. ¶ Decimus ait. Ego āgelum meū aſſiſtētē mihi iuxta me expecto. ꝛ cuſtodio me metipm̄. qđ ſcriptū ē remiſcens: ꝓuidebā dñm in cōſpectu meo ſēper. qm̄ a dextris ē mihi ne cōmouear. Ti meo igitͬ eū vt cuſtodiētē vias meas: et q̊tidie aſcēdenteꝫ ad deū ꝛ inſinuātē actus meos ꝛ ꝟba. Vndecimus ait. Ego pſonaꝫ imponens ꝟtutibus veluti ſi abſtinentie. caſtitati. benignitati. dilectioni in meipſuꝫ ſteti. ꝛ circundans mihi illas: ꝛ vbicūqꝫ iero dico mihipſi vbi ſunt ſequaces tue. Ne puſillanimis ſis. ne deficies: habens iuxta te ea ſemper. Quecūqꝫ libent loquere de ꝟtute vt poſt moꝛtem teſtificentur de te coꝛam deo: quia inuenerunt requiem i te. ¶ Duodecimꝰ ait. Vos quidem pr̄es celeſtem habentes cōuerſationē celeſtē ꝛ ſapientiam poſſidetis. Nihil mirum. Eleuatos vos operibꝰ video: ꝛ ſuperioꝛa ſectantes. Quid dicam? Virtute enim etiā trāſpoſiti eſtis terrā: voſmetipſos ex toto alienantes ab ea. Quid dicam? Vos terrenos angelos ꝛ celeſtes homines dicens: ñ peccauerim. Ego vero me his idignuꝫ iudicans peccata mea vbicunqꝫ iero precedunt me ſemper: ad dexteram et ſiniſtraꝫ in infernum vero adiudicaui meipſum dicens. Eſto cum his quibus dignus es: iſtis poſt modicum annumeraberis. Video igitͬ ibi pares gemitus et inceſſabiles lachrimas: que a nullo referri queunt. Aſpicio quoſdam ſtridentes dentibus et ſalientes toto coꝛpoꝛe: et trementes a capite vſqꝫ ad pedes. Et iactans me ſuper terram. ꝛ amplectēs cinerē depꝛecoꝛ: deū nūq̄ꝫ caſuum me illoꝝ experimenta accipere. Video et mare ignis bulientis immēſibile: ꝛ circūflētes et mugientes vt putēt aliq vſqꝫ ad celos attigere. Fluctꝰ ignis et i tremēdo illo mari inumerabiles homies deiectos ab agreſtibus: et vna voce omnes illos clamātes et vlulantes ſimul: quales nemo ſuper terram vlulatꝰ et voces audierat: et ſicut arētia omnis virgulti cremare miſericoꝛdia autē dei auertente ſe ab illis pꝛopter iniuſticias eoꝝ. Et tūc lamēto genus hominū quomodo audeo loqui: vt cuilibet attendere tantis mundo repoſitis malis. Et in his teneo mentem meam luctum meditās quod ait dominus. indignū me celo et terra iudicans reputāſqꝫ quod ſcriptum eſt: facte ſunt mihi lachꝛime mee panes die ac nocte. Hec ſapientium et ſpiritualium reſponſa patrum. Et veniat ꝛ i nos digna memoꝛia vt narrationem conuerſationis opere oſtendere poſſimus vt facti inuituperabiles et perfecti et irrepꝛehenſibiles: placeamꝰ ſaluatoꝛi noſtro. Cui eſt honoꝛ et gloꝛia in ſecula ſeculoꝝ. Amē

¶ Finit quarta pꝛīcipalis pars huiꝰ opis:

¶ Sequitur opuſculum pꝛo concluſione annexum de virtutum laude et effectu intitulatum ¶ Incipiunt capitula ſubſeq̄ntis opuſculi.


¶ Ammonitio de laude caritatis. ꝛ q̄uo cunctis virtutibus ꝓferātur: ca. j.
De humilitatis et caritatis ɔnexiōe. ca. ij.
De obediētie bono eiuſqꝫ laudibꝰ. ca. iij.
De ꝟtute cōtinētie āmonitio: ꝛ ꝙ ɔtinētia ñ i vna: ſꝫ i mltis neceſſaria ſit rebꝰ. ca. iiij.
Cōtinētia etiā i viſu neceſſaria eſt. ca. v.
Ꝺ ɔtinētia locutōis āmōitio ſalutaris. c. vi.
De viliū veſtimētoꝝ appetitu. ca. vii.